Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30296
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

pellatur cesarea. in loco qui buxitus dicitur. ibi
que infra martyrium sumpserunt sub die .x. kl. sept.
et coronati sunt ab angelis et uox audita
est dicens. Venite tymothee et appollinaris
dilecti mei. et ostendam uobis quanta mi
rabilia meruistis pro animabus uestris. quas obtu
listis pro nomine meo. et sentiet que facturus
sum lampadio preses. Statim iaculum igneum
descendit de celo nobis uidentibus ingressum
est humerum dexterum eius. et demonio arreptus
ultima morte uitam finiuit. Corpora uero
sanctorum sepulta sunt a christianis die .viiii. kl. sep
tembris. Eusebius quidam uir qui et ipse per eorum
bum ipsorum credidit. fabricauit illis basili
cam in qua multa signa et remedia osten
derunt. cecis uisum. claudis gressum. et
qui a demonibus uexabantur curati sunt. in no
mine domini nostri ihesu christi. cui est uirtus et ho
nor et imperium in secula seculorum amen.

Fratrum eius. Eodem die Passio sanctorum Claudii et aliorum

Lisias preses prouincie
licie in ciuitate etiam sedens pro
tribunali conspectui suo christianos
iussit offerri. Oblati sunt autem
a curialibus beatissimi tres pue
ri fratres. claudius. asterius. et neon. et due
mulieres sancte domna. et theonilla. Lisias
uero preses dixit claudio. Noli decipi iuuentu
tis insania. uerum nunc accedens sacrifi
ca diis secundum preceptum domini augusti. ut pos
sis que tibi sunt preparata felix euadere tor
menta. Cui claudius dixit. Deus meus cui pu
ro corde deseruio. talibus non indiget sacri
ficiis. sed a deo semper inuocantibus corde contri
tis et humiliatis. dii enim uestri sunt demo
nes. in lignis et lapidibus latitantes. His
autem preses scias me numquam uelle ceruices
inflectere. quos uerissime scio non deos esse.
sed demones. Cumque hec et huiusmodi claudius
proclamaret. uirgis acriter cedi est iussus. De
inde eculeo suspensus. flamme circa latera
eius adhibite sunt. et de calcaneis eius abscis
se. Tum candele ardentes. et testa aspri
ma lateribus eius apposita. cum semper habe
dominum. ret in ore. iussus est eculeo deponi. et incar
cerem trudi. Presentatur iterum potestati iu
dicis adductus. asterius frater sanctus. Cui et dixit.
Crede et tu asteri gratissime iuuenis. et li
bamina grata exhybe diis. ne deos deas
que contempnens. deficias in tormentis.
Cui inquid asterius fidei constancius fir
mus. Deum unum et incomprehensibilem colo.
et ipsi pura mentis intentione deseruio.
Tum milites latera eius irati torquentes.

ut diis libamina libenter offerret inpelle
bant dicentes. Vel nunc credens asteri
sacrifica. et diis inuictissimis discas sub
dere colla. Tum inquid lisias iudex in
iquus. apprehendite loco ferreos morsus.
et eius stringite gressus. ut atrocius quasi
sacrilegus tortus. exanime corpus sentiat
cruciatus. Martyr uero asterius fide dominica
subleuatus minas et tormenta superauit
intrepidus. uerum ne sic carnifex saciatus.
subpedibus eius iussit sterni carbones. et dor
so uentreque durissimis neruis ceso eum cum
duobus reddit ergastulo.

Claudio igitur et asterio carceris man
cipatis squaloribus tercius frater neon.
iudicis lysie presentatur aspectibus. Cui et dicitur.
Neon fili karissime. uel tu iuuentutis tue duc
tus amore sacrificans diis libenter accede
ne penarum lacessitus discrimine horrenda
cunctis peras morte. Ad hec neon miles
christi fortissimus. si inquit milicie deorum tuorum
es socius. illis me multo meliorem existimo.
quorum me militem non agnosco. unde et tua
precepta contempnens. regem cui milito.
semper adoro. qui celum et terram fecit. cum non
esset hominem condidit. perditumque misericor
diter reparauit. Lisias itaque rursus fre
mens. et bestiali insania furens. eius sta
tim iussit cedi ceruices. deos inquit noli
blasphemare potentes. Tunc iussit eum
extendi. et neruis eius dorso conciso. carbo
nibus fecit aduri. Post hec uero beatos iam fi
de matres socios. sub cura euthalii commenta
riensis et archelai spiculatoris. extra ci
uitatem cruci mandauit appendi. Tunc
sancta et uere beata exhybetur domna. Vides
ait lisias que et quanta christianis parentur
tormenta. Que si uis euadere. diis offer
libamina. Que ait. Ne in ignem
eternum incidam. et tormenta perpetua.
dominum unum colens. que a te dicuntur agunt
que respuo uniuersa. Ad quam uocem domna
extensa. et menbris omnibus uirgis est cesa.
Sicque domna extincta. in profundo flumi
nis est dimersa. Exhybita etiam theonilla.
et ad deorum cerimonias inuitata. cum insi
de dominica constans inueniretur et prompta.
eius est alapis facies cesa. deinde fortiter tor
ta. Sicque nouacula acuta capite rasa. inqua
tuor palis ipsa est extensa beata. et carboni
bus eius appositis uentri . martyrii triumpha
uit cum gloria. Sanctorum martyrum. donati. rusti
ci. ualeriani. fructuose preclarissimus con
fessionis honor. apud antiochiam celebratur.